69
5 MA
13

56

Integerrimi profundiſſi=
miq; viri: Magiſtri Gabrielis biel ex Spi=
ra: Sacratiſſimarum litterarum li=
cenciati: florẽtiss. gymnaſij
Tubingeñ. dum in hu=
manis eſſet ordiarij
lectoris reſolu
tiſſimi.

Tractatus de poteſtate ⁊ vtilitate monetarũ.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sũmaria figuratio huius tractatus.

Deciſio clara ⁊ tuta.

- **Queſtõis**
  - Vtrum monetã falſificans/ mutans/ falſam ꝑ vera vel min⁹ valentem ꝑ bona expẽdens aut de loco vbi minus eſtimatur/ad locũ vbi plus valet trãfferens/ mortalit̃ peccet/& teneat̃ ad reſtitutionẽ?
- **Dubiorũ**
  - I. Quis habeat cudere monetam?
  - II. In quo caſu princeps monetã vel eius valorem ꝑ lucro ſuo mutare poſſit?
  - III. An eligẽs ad ꝑtẽ denarios meliores/ eoſq; cõflari faciens/ peccet / & teneatur ad reſtitutionẽ?

QVESTIO·

Vtrum Monetã falſificans/ Mutans/ Falſam ꝑ vera vel minus valentem ꝑ bona expendens/ aut de loco vbi minus eſtimatur/ ad locũ vbi plus valet tranſferens/ peccet mortaliter & teneat̃ ad reſtitutionẽ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRo dicẽdorum intelligentia. Primũ oĩm animaduertendum venit/ ꝙ ſcd'm philoſophũ. 5. Ethicorũ c. 9. & 1. pollitice. Nummiſmatis vſus/ eſt ex neceſſitate inuentus. Cum eñ res adinuicem immediate cõmutari nõ poſſunt/ homines aũt ſine earum cõmutatiõe (ꝑ eo ꝙ nõ omibus oĩa neceſſaria abundãt) ſuſtentari nõ poſſint/ preſertim in tanta multitudine hominũ. Tum ꝓpter diſtantiã locoꝝ in quib⁹ cõſiſtunt res cõmutande/ & difficilem eaꝝ tranſportationẽ. Tum ꝓpter diſtantiã temporꝝ futurorũ/ quo res ſine ſui corruptione ſeruari nõ poſſunt. Tum ex multiplici hominũ indigentia/ ꝓpter quã neceſſe eſt rem cõmutandam eſſe in multa diuiſibilẽ/ vt multa neceſſaria ꝑ eã a diuerſis cõparentur. Tum ex quorundã cõmutabilium indiuiſibilium ad hominũ vtilitatẽ magnum valorẽ/ vt ſunt equi/ domus/ &c. & ita de plurib⁹ alijs. Ideo neceſſe fuit inuenire mediũ aliquod/ quantitate paruũ/ vt eius detractio ſiue diminutio facile ꝑpendatur/ & de loco ad locũ trãſferatur Character principis/ vel auctoritatẽ habentis inſignitũ/ ne ſi quilibꝫ monetaret/ valor ei⁹ variaretur/ nec

Ex neceſſitate nũmiſmatis vſus inuent⁹ eſt

Nũmiſma eſt aptum mediũ & mẽſura cõ

mutabiliũ

dinoſceretur aut falſificaret᷑. Et ꝑ hoc equalitas in cõmutationibus nõ ſeruaretur. Pondere certũ/ vt ꝑcium eius ſit certũ/ſine corruptione ꝑmãſiuũ: vt ſit future ꝓuiſiõi aptum. Materia ꝑcioſum: vt multus valor poſſet in paruo loco reponi: & facile de loco ad locũ tranſportari. In plura minora ſcd'm valorẽ diuiſibile/ ꝓpter indigentes multis rebus parui precij. Tale aũt eſt nũmiſma vel ex ſui natura/vel hominũ inſtituto ad humanã indigentiã relato. Quãto eñ re aliqua plus indiget humana neceſſitas tanto plus valet/& valor precij creſcit/& ideo ſcd'm relationẽ nũmiſmatis & cõmutabiliũ ad indigentiã humanã nũmiſma eſt certa mẽſura oĩm cõmutabiliũ & venaliũ.

moneta tripliciter falſatur.

SEcundo notandũ. q; moneta tribus modis falſari poteſt/ ſcd'm ꝙ tria ſunt de ſubſtãtia monete/ ſcilicet materia metallata/quãtitas ponderis/ & publica forma/ vt dicit Pan or. in c. q̃nto de iure iur. & eſt etiã in glo. eiuſdem c. Et in quolibet hoꝝ cõmitti põt falſitas/ in ſubſtãtia/ qa nõ ſeruat᷑ liga legitima. Liga. i. ſpecies mixture vel gradus metalli/ ꝓpt᷑ admixtionẽ vilioris materie aut materia cõſueta in quãtitate exceſſiua. In pondere/ qa nõ habet legitimũ pondus. Pro q̃ notandũ/ ꝙ tantũ debet eſſe pondus in nũmiſmate/quantũ fuit in materia de qua moneta eſt fabricata/ ſaltẽ deductis expẽſis & labore/ ſcd'm Inno. licet non ſm Bart. ſm quẽ expenſe debent ſolui de publico. Motiuũ Innocentij eſt/ quia nemo ſuis expẽſis tenetur ea facere. Et hec opinio Innocentij cõiter tenetur vt vult angelus in ſumma in verbo/ falſarius/ q̃d' ſic intelligo. Pondus legittimũ eſt põdus cõſequens quantitatẽ ſubſtãtie ꝓ tali nũmiſmate iuſte determinatũ. Grã exẽpli Si ꝓ floreno determinetur auꝝ ponderans dragmã/que eſt octaua pars vncie. Tunc florenus falſus eſt ex põdere ſi nõ habet quantitatẽ auri ponderantẽ dragmã. Vnde cum pondus ſequit᷑ naturaliter quantitatẽ ſubſtantie rei.

Liga

An moneta expẽſis cudentis / an de publico ſit cudenda?

& quātitas ſubſtātie nō diſtinguit a ſubſtātia/ falſificatio ponderis eſt diminutio ſubſtātie/ ſiue hec fiat ꝑ raſuram monete/ ſiue ſubtilius ꝑ aquā artificialem corroſiuā/ aut alio modo difficile viſi apprehenſibili. Eſt aūt determinatio pōderis iuſta: qn̄ determinat pondus tāti valoris pro moneta/ quāti eſt pondus materie eius nō monetate. Ita ꝙ tantū debet valere moneta ex pondere/ quantū valeret ſua materia nō monetata/ & nō plus/ ſaltē deductis expēſis monetādi vt ſupra dictū eſt. In forma cōmittitur falſitas/ qn̄ mutatur nomen/ ſignū aut imago eius qui monetauit. Vnde habens auctoritatē monetādi/ prefigit certā formā monete/ imaginem aliquā/ circūſcriptionem/ aut aliqd' ſignū. Et ſi aliquid huius forme p̄finite omittit/ aut aliqd addit/ moneta in forma falſificat. Eſt aūt forma monete/ quedā teſtificatio veritatis & iuſticie ipſius monete ꝙ ſcilicet ſit vere ſubſtātie/ & iuſti ponderis/ vt dicit wilhelmus orem in ſuo tractatu de moneta. Vnde frequēter in moneta chriſtianorū principū vl' cōitatum ponit imago dei vel alicuius ſancti/ & nomē eius/ aut ſignū crucis qd' antiquitus fuit inſtitutū in teſtimoniū veritatis monete in materia & pondere/ & ſubdit/ Si ergo princeps ſub iſta inſcriptiōe mutet materiā ſiue pondus/ ipſe videt tacite mendaciū & piurium cōmittere/ ac falſum teſtimonium ꝑhibere. Ipſe em̄ abutitur hoc vocabulo moneta. Nam dicit moneta ſm Hugui. a moneo quia monet ne ſit fraus in metallo vel pondere/ hec ille.

Forma monete ad qd valeat.

Moneta dr

TErcio notandū circa mutationē monete/ ꝙ hmōi mutatio/ multiplicit pōt fieri/ qn̄ꝙ in materia/ qn̄ꝙ i forma/ qn̄ꝙ
in valore/ qn̄ꝙ in noīe. In materia/ vt qn̄ ꝓpt 1
defectū materie/ aut nimiā abundantiā/ fieret noua moneta/ in alia materia/ aut in alia mixtione ſeu liga prioris
materie. In forma/ vt qn̄ mutatur impſſio figure in imagi 2
ne aut charactere/ aut circūſcriptiōe. In valore/ vt quādo 3

Quadruplicit mutat mōeta.

mutatur ſubſtantia/mixtio vel pondus/aut his manenti⸗bus/ſtatuit alius valor. vt ſi hactenus florenus valuit vi/ginti groſſos/ & ſtatura/ vt de cetero valere debet. 18. aut
4 24. In nomine. vt ſi nomĩa mutentur/vel accidẽtalia/pu⸗ta que nõ important pondus vel valorẽ monete/ vt ſunt nomĩa autoris aut loci in quo moneta facta eſt & hmõi. vel eſſentialia/puta que impoſita ſunt determinato valori aut ponderi/ vt ſunt obulus/denarius/ſolidus/ libra/ florenus. Et he mutatiões fieri quãdoq; poſſunt currẽti priori moneta in ſuo valore/ quãdoq; reprobata priore ac ꝓhibita. Item quãdoq; ex ratiõabili cauſa ꝓpter neceſſitatem & vtilitatẽ reip. Et ſm hec/mutatio quãdoq; fieri poteſt licite/quãdoq; culpabiliter & illicite.

De falſificante monetam.

☞ Cõcluſio prima. Falſificãs monetã in ſubſtãtia forma vel pondere/peccat mortaliter/ſi illud faciat in damnum proximi vel reip.

Hec concluſio eſt Hoſt. & doc. cõmuniter. Et ſatis patet ex tex. c. quanto de iure iur. vbi dicitur/ꝙ iuramentũ de obſeruatione falſe monete factũ non ligat/cum iuramentũ non debeat eſſe vinculum iniquitatis. Ergo ſeruare falſam monetã eſt iniquũ/& multomagis falſificare erit iniquũ. Q; aũt ſit mortale peccatum/patet/quia eſt furtũ/q̃a ablatio rei aliene inuito domino vt infra dicetur. Patet etiã per extrauagãtem Ioãnis xxij. qui excõmunicat oẽs tales in regno frãcie/ꝙ autẽ teneatur reſtituere/ꝓbatur per cõmune mediũ/ q̃a oẽs iniuſte dãnificans tenetur reſtituere dãnificato ſi habere poteſt. Sed fraudulenter falſificans nũmiſma dãnificauit proximũ/aut rempublicã iniuſte/ergo tenetur reſtituere dãnificato ſi haberi poteſt/aut pauperibus ſi dãnificatus haberi nõ poteſt. Maior patet p c. Si culpa de iniu. & dam. da. minor aũt ſatis patet. Et dicitur notãter in cõcluſione. In damnũ ꝓximi/quia ſi quis falſificaret in forma tm̃ vnde nõ minueretur valor/quia ſic non dãnificaret/.

non peccaret. Sic ſi nũmiſma nõ exponẽdum/rumpen‐
do aut radendo falſificaret.

☞ Cõcluſio ſcd'a. Mutãs monetã in damnũ reip.
tenetur damnũ illatum reſtituẽdo compenſare. De mutã‐te monetã

Probat. quia talis iniuſte dã‐
nificat/ ergo &c. añcedens ꝓbatur quia inferens damnũ
in re nõ ſua iniuſte dãnificat. Sed mutãs nũmiſma in dã‐
num reip. Infert damnũ in re nõ ſua/ quia in rep. que nõ
eſt ſua. Dicitur notãter in damnũ reip. quia ſi mutaret ex
rõnabili cauſa ad vtilitatẽ reip. reſtitutio nõ haberet locũ.

¶ Sunt aũt tres cauſe ꝓpter quas licite mutatur moneta. Quatuor cauſe lici‐te mutatio nis mõete
Prima eſt falſitas introducta vt ſi aliquis extraneus prin‐
ceps aut falſarius malicioſe effigiaret vel cõtrafaceret for
mularia ſeu modulos p quos introducere niteretur mo‐
netam ſophiſticã minoris valoris ꝙ ſit moneta vetus/ cu 1
ius tñ differẽtia a vera moneta cognoſci a populo nõ poſ
ſet & alio modo cõuenienti/ moneta falſa extermiari nõ
poſſet/ expediret mutare formã monete vere/ ſeruato tñ
iuſto valore vt ſic diſcerni poſſet ab introducta falſa. Se‐
cunda cauſa. Si antiq̃ moneta nimia vetuſtate eſſet peio‐
rata/ ac in ſubſtãtia & pondere imminuta per continuã 2
attrectationẽ. Tunc cudẽda eſſet moneta noua/ cũ diffe‐
rentia a priore in iuſto pondere/ & ꝓhiberi poſſet curſus
prioris monete vetuſte ſic diminute. Tertia cauſa eſt rari
tas materie/ ꝓpter quã materia haberi nõ poſſet tali pre‐ 3
cio quo prius ſolita eſt haberi. Tunc mutãda eſſet mone
ta/ vel cõſtituendo alium eius valorẽ reſpectu monete al
terius materie/ vl' fabricando nouã minoris ponderis &
equalis precij cũ priore. Exempli cauſa. Si dragma auri
nõ monetate ex aliqua cauſa aſcẽderet in ꝑcio. Ita ꝙ tũc
valeret. xxx. groſſos argenti/ que prius valuit. xx. Tunc
aut florenus habens dragma etiã mutandus eſt in valore
Ita vt etiam ſi prius valuit xxj. groſſos. Tunc ſtatueretur
vt valeret. xxxj. groſſos. Aut cudenda eſſet noua mone‐

ta auri minoris ponderis. Tanti tñ vt valeret iuſto precio xx. groſſos. & hoc cũ differentia aliqua in forma a priori vt noſci poſſet. Et hoc forſan magis expediret reip. vt p̃cia in ceteris rebus conſtituta/ ac redditus & pecuniarij cenſus manerẽt non mutata/ & ſic nemo fraudaretur. Et parum referret/ vtrum veteris monete curſus maneret nihil ꝓhiberet/ ſeruata tñ debita ꝓportione ad alias monetas inferiores & ad precia rerum venaliũ ac reddituũ ſiue cẽſuum.

4 Poſſet addi quarta cauſa. Lucrũ ex noua moneta conſequens/ nõ monetarij ſed reip. expediens vel neceſſarium. De quo infra in dubijs dicetur.

Illicita monete mutatio.

Extra hos caſus/ mutatio monete in valore reproba eſt & iniuſta/ qa reip. dãnoſa & ſpoliatiua ſubditorũ/ ſiue hec mutatio fiat in materia/ pondere/ voluntarie cõſtitutionis / valoris aut nominũ eſſentialiũ. Si vero mutatio fieret in ſola forma/ aut nominibus accidentalibus & nõ in valore. Et hoc ſiue in valore preiudicio reip. tolerari poſſet. Et quãuis ſi fieret ex ſuperbia/ pompa/ vel alioꝝ contemptu/ aut alia ſiniſtra intentione/ nõ careret peccato. Tamẽ non requireretur aliqua reſtitutio. Vnde conſiliũ eſt: ꝙ nõ fiat mutatio monete/ niſi ex magna & rationabili neceſſitate.

De expendente monetam falſam ꝓ vera.

☞ Tertia cõcluſio. Expendens ſcienter monetã falſam ꝓ vera & iuſta/ falſari⁹ eſt & tenetur reſtituere illata damna.

Probatur ꝙ ſit falſarius: quia falſitatẽ inducit ad proximi deceptionẽ/ ergo/ cõſequentia tenet ex quid nominis falſarij/ añcedens eſt manifeſtũ ꝙ teneatur reſtituere ꝓbatur quia infert damnũ pſone & reip. ergo tenetur ad reſtitutionẽ/ cõſequẽtia tenet ex cõmuni medio & ſup̃allegato c. Si culpa de iniu. & dã. da.

De expendẽte monetã min⁹ valentẽ ꝓ bona.

☞ Quarta cõcluſio. Expendens ſcienter monetã non currentẽ/ aut alias minus valentẽ pro bona & currente/ fraudat proximũ & tenet̃ reſtituere.

Hec concluſio in ſententia eſt Angeli in ſum. & Antho. & probatur eiſdē medijs quibus prior. Talis eñ decipit proximū dando ſibi malum pro bono. Et dicitur notanter in duabus precedentibus concluſiōibus. Scienter. quoniā ſi ignoranter fieret / vt quia ignoraret valorem monete quā expēdit / excuſaretur ſaltem a peccato & etiā a reſtitutione durante ignorātia. Si tamē poſtea ſciuerit / tenebitur ad reſtitutionē / qa ſiue ſcienter ſiue ignorāter damnifico proximū / teneor eum releuare indemnē / poſtꝗ mihi innotuerit illatum ¶ Nec excuſatur expendens in caſu vtriuſcꝫ (damnū. concluſionis tertie & quarte / per hoc / ꝙ huiuſmodi moneta falſa vel minus valens / data eſt ſibi pro bona / qa culpa alterius & error proprius nō debet alteri nocere. Culpa eñ ſuos debet tenere actores / nō alios. Imputet ergo ſibi recipiens monetā falſam / confractam / vel integram ſed minus valentem pro bona ꝙ nō caute proſpexit. Si vero ſcienter recepit malam vt expenderet pro bona / aggrauatur peccatū & reſtitutionis debitum.

ꝙ nō releuet cōmunis hoīm excuſatio.

☞ Quinta concluſio. Transferens monetam de certo loco vbi minoris valoris eſtimaī / ad locū vbi magis valet / nō peccat / ſi nō alias fraudē cōmittat.

Hec eſt Anthonini probaī ſecundū eum / quia licet cuilibet ex induſtria ſine alterius damno / lucrum querere. Sed transferens in caſu cōcluſionis monetā / eam emendo vbi minus valet / ad locum vbi plus valet / vtitur ſua induſtria ſine damno alicuius / dum tamē eam non radit aut diminuit ergo &c.

Sequuntur tria dubia.

Dubium primũ.

CIrca predicta. Dubitat primo. Quis habeat cudere monetã? Ad qđ reſpondet Panor. in c. quãto. de iureiurã. Q. Solus princeps ideſt imperator. & nemo alius ſine cõceſſione principis. Qđ tñ intelligit: niſi pnceps inferior aut ciuitas; vel generaliter inferior poteſtas hoc preſcripſiſſet per tantũ tempus: de cuius inicio nõ extaret memoria. vt in c. Super quibuſdã de ver. ſig. vel niſi eſſet talis qui pſcripſiſſet iura imperij: ſicut reges Hiſpanie: qui dicũtur non ſubiacere imperio: quia regnũ a faucibus hoſtiũ eruerunt. Concordat d. Antho. Et eſt ratio principalis reſpõſionis: quia cũ moneta (vt premiſſum eſt) inuenta eſt & inſtituta pro bono cõmunitatis: congruũ eſt vt ab eo fabricetur: a quo regẽda eſt cõmunitas. Talis aũt eſt princeps: aut q a principe hab; auctoritatẽ.

Mõeta diſpſa nõ eſt principis.

¶ Licet autẽ principis ſit fabricare: ac ſuo imagine ac nomine ſignare monetã. Tamẽ propter hoc moneta diſperſa in populum non eſt ſua: nec ipſe eſt dominus monete currẽtis in ſuo principatu. Nam moneta mediũ eſt permutandi diuitias naturales equiualens eis. Ideo illorũ eſt poſſeſſio monete: quorũ ſunt naturales diuitie. Nam cũ quis dat panem ſuũ: vel proprij corporis laborẽ pro pecunia. cũ eam receperit ſua eſt: ſicut panis & labor ſuus fuit & in eius libera poteſtate. Dicit etiã Nicolaus orem q licet facere monetã pertineat ad principem. Tamen cõſtituere valorẽ monete; ſeu proportionẽ vnius monete ad aliam: gratia exẽpli: floreni ad groſſum: aut groſſi ad obulum: puta q florenus valeat tot groſſos: & groſſus tot obulos: non debet eſſe in poteſtate principis: ſed cõmunitatis cuius eſt moneta: qđ ſic intelligendum puto q non eſt in poteſtate principis cõſtituere valorem monete ſm ſuã voluntatẽ: ſed iuſtam & naturalem pportionem auri ad argentũ: & argenti puri ad talẽ ligã. Et diſcretio huius pertinet ad cõmunitatem.

Cuius ſit moneta.

Conſtituere valore; mõete eſt cõitatis.

☞ Ex quo ſequitur ꝙ princeps reprobans monetam aliquã valentem: vt eam remiſſius emat & cõflet: & inde aliam minus valẽtem fabricet: et priorem valorem cõſtituendo: monetã fraudẽ & ad reſtitutionem tenetur.

priceps ad lucrũ ſuũ non debet monetam valentẽ reprobare.

Hec eſt ſententia Hoſtieñ. et Panor. Et patet manifeſte: quia vilius vendit carius: qđ eſt contra iuſticiam. Item ſic poſſet ſibi attrahere indebite pecunias omẽs ſubditorum vt ſi attraheret aurum ad paruum precium: & illud emeret pro argento: ac deinde augmẽtato precio rurſus venderet monetã auream pro maiori precio argenti. Simile eſſet ſi poneret precium in toto frumẽto ſui principatus & emeret: & poſtea venderet pro maiori precio etiã per eum conſtituto que vtiqꝫ eſſet iniuſtiſſima & tyrãnica exactio populi. Nec eſt ſimile de venditione frumentorũ a ſancto Ioſeph ſub ditione Pharaonis: quoniã ex eo ꝙ non creuerũt frumenta: ipſa facta ſunt cariora & maioris precij ꝗ ante dum collegerat in horreis: cum copia eorum exuberabat. Nam precium rei humana indigentia menſurat vt vult phũs. 5. Ethicorũ. Et ſi forte exceſſum eſt in precio: dicit Caſſio. Credo virum ſanctũ tali neceſſitate cõſtrictum: vt auaro principi ſatiſfaceret & periclitanti populo ſubueniret.

Dubiũ ſecundum.

Dbitatur ſecundo. Vtrũ in aliquo caſu princeps poſſit mutare monetam ꝓpt lucrum ſuũ. vel generalius. An princeps poſſit hr̃e lucrũ ex moneta: ꝯſtituẽdo maiorẽ valorẽ monete ꝗ valeat eiꝰ materia nõ mõetata: deductis neceſſarijs expẽſis vel minuendo põdus aut ligã ſub priori valore? Reſpondetur breuiter ꝙ in vno ſolo caſu princeps poteſt ſentire lucrum ex moneta. ſcilicet: dum lucrum illud redundat in vtilitatem reip. vt tactum eſt in concluſione ſecũda: puta quãdo princeps indiget ſubſidio pro defenſione reip. ad qđ preſtandum ſubditi

oblígantur. Tunc poſſet fierí alíqua mutatio ín moneta vt pondus vel matería ſub eodem valore mínueretur; vt ſic populus mínus ſentíret ſe grauarí: dum tamē non extenditur lucrum vltra neceſſariā príncípís índígentíam ſupradíctam. Sed hec mutatio fierí nō debet: ſine conſenſu ſubdítorū quorum vt díctum fuít eſt moneta. Poteſt enim quilíbet renūcíare iurí ſuo. vij. q. j. ꝙ periculoſum Sic & cōmunitas. Et vult Innocentíus: ꝙ ſufficit cōſenſus maioris partís magnatū. Sed de hoc dubitat Panor. loco allegato: cum tractetur de negotío ſingulorū. Ideo dícít angelus requírí cōſenſum ſingulorum.

¶ Non tamen ſufficít cōſenſus populí ad díſpergendū huiuſmodí monetam mínorís ponderís extra tale domínium; quía cum damno non ſubdítorū non poteſt ſuas índigentías ſubleuare. In quo ſatís omēs concordant.

Subtil' modus ſubueniēdí príncipí capto ſi ſít ſatís tutus.

¶ Vídetur etíam quíbuſdā: ꝙ ín caſu quo collígēda eſt magna pecunía pro redemptiōe príncípís aut defenſíone &c. facilior ſit modus & expedítior permutationem monete. Tum quía hic modus facílior eſt ad cōgregandum pecuniam neceſſariā cítius ſine fraude & ex facultatibus ſubdítorum. Tum quía mínus ſenſíbílís: & per hoc magís portabílís ſine murmure & perículo rebellíonis populí. Tum quía eſt generaliſſima: cōphendens omnes tam clerícos ꝙ laicos nobíles & plebeos: díuítes & pauperes. Verum an hec íta ſe habeant: cōmítto dílígentí lectorí. Duo tamē neceſſarío híc attendenda ſunt. Prímū ꝙ moneta ílla tantū currat ínter ſubdítos íllí' domínij quí tenentur ſubuenire domíno & ſue reip. quoníam ſi díſpergerentur ad alíos: iſtí per hoc íniuſte grauarentur. Secundum: ꝙ collecta neceſſaría pecunía: moneta reducatur ad príorem ſtatū; quía ceſſante cauſa: ceſſare debet & effectus.

Tercio dubitat. Utrũ eli-gẽns ad partẽ meliores denarios ac magis põderantes: & cõflari faciens: peccet: & ad reſti-tutionẽ teneatur. Reſpondet Angelus in ſumma ſequens Hoſti. Io. an. ac alios ſub hac diſtinctione. Si illi qui cudunt pecuniã eo ꝙ nõ poſſunt oẽs equaliter ſculpere vel pficere: aliqui denarij ſunt quãdoq; minus ponderãtes: propter hoc permittũt alios in maiori pondere: vt ſic fiat adequatio iuſti põderis in multitudi-ne: quenõ poteſt fieri in ſingulis denarijs. Tunc tales eligentes meliores ſunt falſarij & tenẽtur ad reſtitutionem cõmunitati: quia corpus pecunie dãnificauerunt. Si vero oẽs denarij ſunt iuſti põderis: ſed aliqui ſunt amplioris: & illos radunt dũmodo remaneant iuſti ponderis: ſeu conflant: nõ credo falſarios: licet male faciant: & nullo modo ſit eis cõſulendum. Si tamẽ noluerint abſtinere nõ credo ꝙ ſint propter hoc extra ſtatũ ſalutis. Videtur itaq; ſentire: ꝙ talis nõ peccet mortaliter: licet peccet venialiter. qđ nõ ſatis intelligo: niſi modicitas hui⁹ electionis quia raro vel paucos eligit excuſet. quoniã ſi hoc frequenter facit: dãnificat grauiter monetariũ: qui ex improuidentia exceſſit in pondere: vel eum cuius nomine monetat: & ita tenereĩ ad reſtitutionẽ ei: ſicut qui rem remiſſius emit vbi forum certũ eſt: & vendens in numero vel pondere errauit. Sic monetarius in pondere errauit. Si tamẽ raro fiat: modicitas excuſaret: ſicut furtum minime rei (vt pomi vnius) excuſatur.

Dubium tertium.

FINIS.

Additio ex Iſidori Ethimolo giarū libro.xvi.Capitulo.xvij

Pecunia. PEcunia prius de pecudi/
bus/& ꝓprietatem habebat & nomen. De co
rio em̄ pecudum nūmi incidebantur & ſigna/
ęreus nū/ bantur. Poſtea a Saturno ęreus nūmus inuen
mus. tus eſt. Ipſe em̄ ſignari nūmos & inſcribi cōſtituit. Pro/
ęrarium. pterea & ęrariū ſaturno a gentilibus conſecratū eſt. Alij
vt ſuperius pecuniā a pecudibus appellauerunt/ ſicut a
iuuando iumēta dicta ſunt. Om̄e em̄ patrimoniū apud
Peculium antiquos peculiū dicebatur a pecudib⁹/ in quibus eorū
Pecuarius cōſtabat vniuerſa ſubſtātia. Vnde & pecuarius vocabāt
Pecūioſ⁹. qui erat diues/modo vero pecunioſus. Antiqſſimi nō/
dum auro argentoq; inuento/ ęre vtebātur. Nam prius
ęrea pecunia in vſu fuit/poſt argētea/deinde aurea ſubſe
ęrarium cuta/ſed ab ea qua cępit & nomen retinuit. Vnde & ęra/
rium dictū/q̄a prius tantū in vſu fuit/& ipſum ſolū recō
debatur/auro argentoq; nondū ſignato/ex quorū metal
lis q̄uis poſtea facta fuiſſet pecunia/nomen tm̄ ęrarij ꝑ/
Theſaurꝰ. manſit ab eo metallo vnde initiū ſumpſit. Theſaurꝰ iux/
ta grecam ꝓprietatē αϖο τησ Τεσιοσ: a poſitione: hoc
Theſis eſt a repoſito nominat̄. Nam theſis poſitio dicitur & eſt
nomen ex gręco latinoq; ſermone compoſitū. Nam the
ſis gręci repoſitū dicunt. Latini aūt quod iunctum ſonat
Auraria repoſitum aurū. Auraria nomen habet ab auro. Tribu/
Tributa. ta vero eo q̄ antea ꝑ tribus ſingulas exigebātur ſicut nūc
ꝑ ſingula territoria. Sic aūt in tres ꝑtes diuiſum fuiſſe ro/
manū populum cōſtat/ vt qui preerant in ſingulis par/
Tribuni tibus tribuni dicerētur. Vnde etiā ſumptus quos dabāt
vectigalia populi tributa nominarūt. Vectigalia ſunt tributa a ve/
Stipendiū hendo dicta. Stipendiū a ſtipe pendēda nominatū. An/
tiqui em̄ appendere pecuniā ſoliti erant magis q̄ annu/
Moneta merare. Moneta appellata eſt quia monet ne qua fraus in

metallo vel pōdere fiat. Nūmiſma eſt ſolidus aureus vel argenteus ſiue ęreus/qui ideo nūmiſma dicitur/quia nominib⁹ principum effigiebuſq; ſignabatur. Prius nummus argirus nūcupabatur/quia ꝙ plurimū ex argēto pcutiebaṫ. Nūmi autē a numa romanoꝝ rege vocati ſunt qui eos primū apud latinos imaginibus notauit/& titulo noīs ſui preſcripſit. Folles dicūtur a ſacculo quo conduntur/a cōtinente id quod cōtinetur appellatū. In nūmiſmate tria quęrūtur: metallū: figura: & pondus. Si ex his aliquid defuerit/nūmiſma nō erit. Tria ſunt aūt genera argēti & auri & ęris/ſignatū: factum: infectum. Signatum eſt quod in nūmis eſt/factum eſt quod in vaſis & ſignis/infectum quod in maſſis eſt/quod & graue dicitur id eſt maſſa. In noticiā autem formaꝝ metalla ita venerūt Dum eē quacūq; cauſa ardentes ſiluę excoquerent terram ex calefactis venis fudit riuos cuiuſcūq; ſtructurę/ſiue igitur ęs illud fuerat/ſiue aurū cum in loca terrę depreſſiora decurreret/ſumpſit figurā in quā illud vṫ profluens riuus vṫ excipiens lacuna formauerat. Quaꝝ rerum ſplendore capti homines cū ligatas attollerent maſſas viderunt in ea terrę figurata veſtigia in quę excogitauerunt liquefactas ad oēm formā poſſe deduci.

Nūmiſma

Argirus

Nummi

Folles

In nūmiſmate tria quęrunṫ

Tria ſunt genera argenti.

Signatum

Infectum.

In noticiā.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Τελωσ.